scilicet MCXX. die S. (sancti) Sixti in portu Ve-
neris Pisani[b] Ianuenses vicerunt.
A. D. MCXXII. Ianuenses irati de prae-
dicta[a] victoria, quam Pisani de se ha-
buerunt, ad fauces Arni cum Galeis
XXII (22) venerunt. Et tunc Pisani apud
majorem ecclesiam erant cum papa
Calixto II, qui consecrabat quaedam
Altaria; Et sic Deo volente accidit,
quod Pisani illuc iverunt, Ianuen-
ses[β] fugaverunt, et galeas sex ex ip-
sis ceperunt. Unde[γ] et Altarium con-
secrationem Ianuensium protervia[a]
exaltavit et Pisanorum honorem.
A. D. MCXXIIII[b] Incepta est lis a Pisanis
contra regem Siciliae nomine Roge-
rium, inimicum ecclesiae Romanae.
A. D. MCXXXVI tertio kalendas Iunii Pisis
est celebratum generale concilium
per papam Innocentium, et alios
praelatos saeculi. In quo concilio
Ingilbertus de Marchia Tusciae in-
vestitus est, qui postea defensus est
a Pisanis, et a Lucanis ubique of-
fensus, et apud Ficechium ab ipsis
Lucanis anno subsequenti devic-
tus in campo, et Pisam[b] fugiens,
lacrymasque plures effundens a Pi-

a) s U fin; Xisti P, Sisti D, Sixti T.
b) + D. vic. Ian. T.
α) presenti T.
habuerant T. Arnis T.
viginti duabus P T.
Callisto B. consecrabant T
β) et Ian. T.
sex galeas T.
γ) Unde — Pis. honorem + T.
a) protervia V.
b) 1134. P. T. lis PD.
(MCXXXVI VB) 1136. T. 3. Kal. T. III. Kls T.
celebr. est T.
Marica T.
Ficecchium T.
ficeffhium, post. manu corr. ficeffchium V.
b) pisanis V, Pisas P, Pisani T.
lachrymasque D. lacrym. D fundens T.